



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Delegatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

amuni sententia, *de spons. 2. p. c. 8. §. 6. num. 11.*

Decimò, si dos promissa fuerit marito, & non soluta, an teneatur alere uxorem, negativè responder Addit. *ad quest. 87. Capel. Tolos. secus si non fuerit ei promissa, quia tunc tenerentur eam alere etiam si ei non solvatur, idem ibidem, oppositum tuetur Covar. de spons. 2. p. c. 6. n. 2.*

Undecimò, an debeatur à parte filiarum, si nupserit alicui invito patre? Respondetur quod sic, modò nupserit viro honesto, Capel. Tolos. q. 299. aliàs non, Joan. Andr. *in c. accedens, de procur. gl. in c. n. l. 32. q. 2. idem de avo paterno, non autem materno: idem si fuerit semel dotata, & dos est deperdita, addit. ibid.*

DIVORTIUM.

Divortium, quoad separationem thori, non debet fieri sine licentia Episcopi, tamen facta tenet. Abb. *in eis quæ allegat. in ca. praterea, de convers. coniug. num. 3. Covar. de spons. 2. p. cap. 7. §. 6. num. 8.*

DELEGATUS.

Primò, iurisdictio delegati incipit perpetuari per solam citationem, Guid. Pap. q. 421. num. 2. Gom. *in q. 3. col. 1. vers. tamen contrarium, de subrog. collig. gl. in Clem. 2. ut lite pendens. Gom. in q. 45. de ann. possess. §. 9. 81. & 54. & 56. ibidem, & sic etiam mortuo delegante, non expirat iurisdictio delegati: ratio quia res non est integra, l. licet, c. relatum, c. legatos, *de offi. deleg. extra, lib. 6. Maran. 4. p. 4.**

5. num. 61. hoc intellige, si fuit factum decretum citationis vivente delegante, licet executio facta sit illo mortuo, Rot. *decis. 9. de dolo & contum. in antiquis, Cuputaq. decis. 125. p. 2.*

Secundò, in gratiis, etiam reintegra, morte mandantis non expirat iurisdictio delegati, *cap. si super eo. tit. lib. 6. cap. si cui, de prob. eod. lib. vide decis. Rot. de offic. deleg. in novis. 12. aliàs 349. & decis. 19. de prob. in novis. Staph. de lit. grat. fol. 202. ar. 1. 2. & 3. Gom. tract. de praudicio, numer. 127.*

Tertiò, etiam per citationem nullam ipso iure perpetuatur iurisdictio, Gom. *in c. 1. n. 126. de constitu. lib. 6. limitatur hoc, nisi sit defectus iurisdictionis, quia tunc secus, idem quest. 45. de ann. possess. an etiam per rescriptum subreptitium detur iurisdictio? Respondetur quod sic, Innoc. *in c. super lit. n. 6. de rescript.**

Quartò, delegatus debet citare cum inserto tenore sui rescripti, adeò quod hoc non factò, non teneatur pars citata comparere, Innoc. & Hostien. *in c. propterea, de dilat. Guid. Pap. q. 445. Maran. q. 1. d. 5. num. 59. & infra, & 6. p. tit. de cit. num. 75.*

Quintò, delegatus Principis regulariter potest subdelegare. Hoc fallit primò in nudo ministerio sibi commissò, *cap. fin. §. ultim. de offic. deleg. Secundò fallit, quando eligitur industria personæ, c. si cui, co. tit. l. 6. & quando eligitur ex verbis delegationis Capyc. *in dec. 157. num. 6. Abb. in c. singulis, num. 3. de statu. mon. Tertiò fallit in his, quæ princeps sibi reservavit, quæ postea alicui remittit, Covar. l. 3. c. 20. num. 6. Quartò fallit in delegato**

legato Legati Cardinalis à latere, *Covar. loc. cit. variar. resol.* Quinto fallit in eo, cui committitur testium examinatio, nisi de consensu partium, *Inno. inc. causa, de restitut. vide Bal. in marg. Inno. in ver. testium.* Sexto fallit, quando committitur per verbum mandamus, vel præcipimus, vel quando diceret, Causam per te cognoscere debes, vel diceret, super quo & tuam conscientiam oneramus: quia tunc videretur ablata subdelegatio, & videretur electa industria personæ, *Feli. n. in c. eam te, col. 7. ver. nihilominus, de rescript. Imola, & Abb. in c. si. de offi. deleg. Maran. in tract. an iudicium sit ordinarium, vel delegatum, numer. 27. vel melius addit. Foller. Adde Jafon. in l. quod jus, numero. 9. versi. tertio bene facti, de iudic. & in l. à iudice, nu. 18. eod. tit. & Bal. in c. si pro debilitate col. 4. de offic. deleg. Panorm. in c. cum in veteri de elect. licet aliqui contrarium teneant, ut Angel. Aret. in authen. ad hoc delegatos à principe, debet intelligi à Principe non recognoscente superiorem, de iure, vel de facto; secus verò de legatis Episcoporum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & aliorum Principum seu Dominorum recognoscentium superiorem; ita Jafon. in l. à iudice, numer. 17. de iudic. Industria personæ dicitur tunc etiam eligi, quando mandatur fieri aliquid incerti vel incertis personis, secus verò, quando mandatur fieri aliquid certi, vel certis personis, ut si in legato vel testamento relinqueretur distribui aliquid incertis pauperibus, vel provideri de beneficiis incertis personis, vel eligi persona incerta. *Gemin. in capit. si cui, no. ab. 3. de offi. deleg. lib. 6.**

Sexto Delegatus super causa juris patronatus, vel beneficii non potest exequi suam sententiam, instituendo, vel conferendo, sed latâ sententiâ, ejus executionem mandat Ordinario, cui de jure competit institutio, & collatio, *c. super. eo, eod. tit. c. ex frequentibus de institut. verum si Ordinarius nollet ad mandatum delegati instituere vel conferre, ipse delegatus instituet, & conferret, per c. prudentiam, in si. eo. tit. 10. de Selva tract. de benefic. 2. p. q. 13. nu. 1. & c. significasti, eo. tit. tamen distingue cum Hostien. in sum. hoc tit. numer. 2. §. quis delegare possit, ubi dicit quod delegatus à principe exequitur suam sententiam, delegatus ab Ordinario non. Adde Jafon. in l. cum specialis, num. 9. de iudic. ubi plus dicit, nempe, posse etiam exequi sententiam ejus qui vice sua judicavit, & hoc intellige in delegato Principis.*

Septimo, Delegatus latâ sententiâ, non habet tempus ad exequendum eam nisi unius anni, quo elapso Ordinarius, & non ipse, exequitur, *c. querenti, & glo. ibi, eod. tit.* Fallit primo, quando fuit appellatum à sententia definitiva, vel à aliquo gravamine, quia si iudex ad quem, pronuntiavit malè appellatum, tunc non currit annus: *Host. in sum. tit. de offi. delegat. §. & qualiter.* Secundo fallit, quando fuit appellatum à iudice delegato, & appellatio reperitur deserta: nam tunc delegatus etiam post annum exequi potest sententiam suam, *Innoc. in d. cap. querenti, in ver. annum de offic. del. g. Cap. Tolos. q. 8. & ibi additio. Gemin. in c. si delegatus, ver. quid si lata sententia, de offic. deleg.*

deleg. l. 6. & dubitatur, an delegatus legati possit subdelegare. Gemin. c. 2. ver. quaro, de offi leg. l. 6. quanto magis Episc.

Octavo, rescriptum delegati debet esse perenne quoad cognitionem causae *l. falso, C. de divers. rescript. Gom. in c. 1. num. 204. de constitut. lib. 6. Ioan. de Selva tract. de benef. 3. p. 9. 64. num. 4. sed vide eius distinctionem. Hoc tamen fallit, quando res non esset integra, per c. gratum, & alia, prout supra, adeo quod si venit excommunicatio Papalis, seu rescriptum in partibus commissum Ordinario, & incœpit unam monitionem, vel fuit præsentata, & decretum de monitionibus factum, res non dicitur integra succedente interim morte Pontificis, vel principis delegantis.*

Nono, dubium est magnum in apparentia, *in c. si. §. ceterum, de offi. deleg. & c. si. de offi. ord. & gloss. in vers. commissi in fine: nam is, cui per delegationem commissum est nudum ministerium, non potest alteri subdelegare hoc: ut v. g. Papa committit alicui Ordinario ut absolvat aliquem, hoc non potest alteri subdelegare: & tamen in dicto capit. fin. de off. ord. videtur dici oppositum: sed ex text. elicitur responsio quod si absolutio, vel quid simile committitur Ord. ex officio suo, & non ex delegatione, illud potest alteri subdelegare, delegatus vero non potest. Ratio est, quia nudum est ministerium, & eligitur industria personæ, *c. si cui, cum vulgatis.* Ampliatur etiam si Ordinarius hoc habebat ex privilegio, vel etiam ex commissione Papæ, vide Covar. *lib. 3. cap.**

20. n. 5. variar. resol. & maximè facit hoc pro intelligentia c. liceat, sess. 24. Con. Trid. vide Syl. in ver. delegat. n. 11. Navar. conf. 6. de offi. jud. deleg.

Decimo, an Episc. successor succedat in jurisdictione delegata suo prædecessori, distingue cum *c. quoniam Abb. hoc tit. & gloss. in Clem. unica, in fine, hoc tit. ubi etiam tangit in nudo ministerio.*

Undecimo, solet interdum Papa excitando aliquem Ordinarium, ut vigilantius se habeat erga gregem suum, & in particulari, ut castiget talem, vel talem, scribere illi, hoc non dicitur delegare, sed excitare jurisdictionem illius, *c. licet, de offi. ord.* hoc tamen fallit, quando Papa uteretur verbis præceptivis, ut, precipimus, jubemus, vel similibus, quia tunc esset delegare, *Gom. in c. 1. n. 12. de resc. lib. 6.*

Duodecimo, similiter quando Papæ in aliqua diœcesi constituit Inquisitorem, non ob hoc videtur derogare jurisdictioni Episc. quin sit ipse Ord. etiam in sua jurisdictione, quia concurret cum Inquisitore, ut dicam *in ver. heretici, c. per hoc, de heret. l. 6.*

Decimotertio, delegatus non potest implorare brachium sæculare, *Bald. in marg. Innoc. in ver. deleg. qu. 2. & citat Innoc. in c. 1. de offi. Arch. & c. 1. de prob.* sed hoc intellige, nisi hoc etiam haberet in commissis, & nisi adsit clausula, quod possit invocare auxilium brachii sæcularis. *Afflic. in constit. post mundi num. 56.*

Decimoquarto. Si ord. delegat, potest revocare suam delegationem, simili-

lites

liter delegatus ad universitatem causarum, sed delegatus subdelegans non potest subdelegationem revocare, hoc intellige, quando sibi nihil retinuit. Holt. *in sum. tit. de offi. deleg. §. qua delegari possunt, nu. 6.*

Decimo quinto, delegatus, per decretam citationem in vita Pontificis, licet non exequatur, mortuo Pontifice perpetuat jurisdictionem. Caputa, *decis. 113.*

Decimosexto, an delegatus à Principe, si delinquat Ordinarius possit eum punire. Ca. Tolof. q. 423. tenet quod sic per Cynum *in auth. Qua in provin. ubi de crim. agi oportet* : ut quando excederet formam mandati, vel procederet in casu, non concluso in sua commissione, vel vellet exequi, vel procedere, antequam ostendat suam commissionem, addit. *ibidem*, vel multa dicit pro practica quotidiana. Similiter Ordinarius potest resistere delegato Papæ, quando vellet procedere in casu non incluso in ejus rescripto notorie. Gem. *in c. si eo tempore, vers. nota istud dictum, de rescrip. lib. 6.* Similiter potest ordinarius providere quando delegatus gravat aliquem contra dispositionem *c. statutum, de resc. l. 6.* Gem. *ibi*, & Joan. And. *in ultimo*. Similiter Ordin. potest adiri pro executione gratiæ factæ à Papæ; idem *in c. si super, ver. item, de offi. deleg. li. 6.*

DIGNITAS.

PRImò, dignitas, quid sit, & quotuplex, vide *in ver. beneficium. §. 1. ver. 12.* ubi una tantum reperitur dignitas, non cadit sub dispositione, & re-

servatione regularum Cancell. Gom. *de expect. n. 45.* & quomodo cognoscantur dignitas, personatus, & officium: vide Anchar. *in c. de consuetud. numero 6. libro 6.* canonicus Ecclesiæ cathedralis de jure communi non dicitur in dignitate positus, ut patet per omnes, *in capitulo statutum, de rescript. libro 6.* tamen largè venit. Felin. *in ca. pastoralis, numero 12. de offi. deleg. Caputaqu. decis. 257. par. 1.*

Secundò, dignitas an sit Militia, Doctoratus, & Sacerdotium, de secundo & tertio est clarum, vide Jason. *in l. si quis in cognoscendo, nu. 2. §. 5. de pact.* ubi disputat per multa de dignitate Doctoratus, & Sacerdotio: habetur etiam *Eccles. cap. 45.* ubi habetur, *ut sit illi sacerdotij dignitas in aeternum*, de militibus & equitibus limita, prout ibi, sed hic sumitur dignitas largo modo & non prout *in cap. statutum, de rescript. libro 6. §. in cap. cum dignitates, sac. Conc. Trid. sess. 24. quod est cap. 12. de reform.*

DONATIO.

PRImò, Donatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, vel præsentium tantum futuræ hereditatis, an valeat? vide Abb. *in cap. 2. numero 2. de concess. prabend. §. ibi addit.* Ant. Franc. *in litera E. Ang. Imol. Alex. & alios, in l. stipulatio, ff. de verb. obl. Dec. in cap. in presentia, num. 7. de probat. §. in cons. 488, Navar. de reg. com. l. c. 33. n. 26.*

Secundò, an donatio inter virum & uxorem

Z 2